



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 12. Ad Rom. Curiam pro negotijs suis recurrentes per se vel per alios
ladentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

tellige loca, tam dignitatum
Ecclesiarum, puta in quibus
Legationem habent, aut do-
minium; quam etiam ab il-
lis, in quibus nati sunt, aut
domicilium habent. *Suar.*
contra Vgol.

S. 12.

Ad Rom. Curiam pro nego-
tjjs suis recurrentes per se
vel per alios ledentes.

Item excommunicamus, &
anathematizamus omnes il-
los, qui per se, vel per alios,
personas Ecclesiasticas quas-
cunque, vel seculares ad Ro-
manam Curiam super eorum
causis, & negocijs recurren-
tes, ac illa in eadem Curia
prosequentes, aut procuran-
tes, negotiorumq; gestores, ad-
uocatos, procuratores, & agē-
tes, seu etiam Auditores, vel
Iudices super dictis causis,
vel

IN COENA DOM. 405
vel negocijs deputatos, occa-
sione causarum, vel negotio-
rum huiusmodi, occidunt, seu
quoquomodo percutiunt, bo-
nis spoliant, seu qui per se,
vel per alios directè, vel in-
directè delicta huiusmodi
committere, exequi, vel pro-
curare, aut in eisdem auxiliū,
consilium, vel fauorem præ-
stare non verentur cuiuscun-
que præminentix & dignita-
tis fuerint.

*Hic adeo vniuersalis est per-
sonarū qualitates, quæ offendi
prohibetur, ut etiā infidelis;
& Iudeus hoc priuilegio gau-
deat. Punitur autem hic illa
offensio solum, si pro occasio-
ne causarum, & negociorum
Curia Romana fieret. Incur-
ritur autem hæc censura ubi-
cumque essent Iudices, vel
Auditores deputati super ne-
gocijs, & causis Curia Roma-
na*

na cum sæpè extra ipsam
causæ cognoscendæ committi
soleant.

S. 13.
Appellantes à gravamine
vel futura executione lit-
terarum Apostolicarum
ad laicam potestatem.

Item excommunicamus, &
anathematizamus omnes, tam
Ecclesiasticos, quàm seculares
cuiuscunq; dignitatis, qui præ-
textentes friuolam quandam
appellationem à gravamine,
vel futura executione littera-
rum Apostolicarum, etiam in
forma Breuis, tam gratiam,
quàm iustitiam concernenti;
necnon citationum, inhibito-
rium, sequestrorum, monito-
riorum, processuum, executo-
rialium & aliorum decreto-
rum à nobis & à Sede prædi-
cta, seu Legatis, Nuncijs, Præ-
sidentibus

fidei.